Wimpfeling, Jakob ; Gresemund, Dietrich <der Jüngere> [Editor]: Jacobi Wimphelingi Elegantiarum medulla oratoriaque praecepta.: [Mit Briefen von Dietrich Gresemund]
1496 Seite 47



# Prepositionibus

# De prepositionibus

Prepositiones inter adiectiua ⁊ substantiua quandoq̃ intericiantur Supra de p̄n. ⁊ fi. lo. p̄cep. xi.

Prepositiones interdū casui postponant̃ Infra deuersus ⁊ tenus.

Ab cum duabus liquidis l. ⁊ r. ⁊ cum i quando fit ꝯsonans adiungi solet. vt Ab lege. ab legatis Ab litteris. Ab rege. Ab rogo. Ab re. Ab Joue. Abs vero cum T. vt abs te. Abs tito. Aliquando cum Q. Abc. Abs quouis homine beneficiū accipere gratū est. Lau.

Audiui a patre meo. Audiui ex patre meo. idem ſ̄cant. Lau.

Ab re. i. sine causa vl' sine vtilitate. vt haud ab re fore arbitror

Ad summū. melius q̃ȝ ad maximū. vt Unas ad te aut ad summū binas litteras accepi.

Aduersum. pro contra vel etiam apud ⁊ erga sumi pōt. Nonius Marcellus.

Am. i. circum. vt ambactus. i. circum actus. Ambustus. id est circum vstus. Festus pompeius.

Ante sumit̃ aduerbialiter. in medio tamen casuū q̄bus nō famulat̃. vt paucis ante diebus. sic ⁊ post vt paucis post diebus.

Anteaquam vel priusquam. melius q̃ȝ Antequā. sic ⁊ posteaquam. melius q̃ȝ postq̃ȝ.

Ad prepositio ⁊ cum iuncte casualibus possunt etiam in aliā constructionem transferri. vt quo dicimus. Cōparo hanc rem cum illa. potest etiam dici. Comparo hanc rem illi. Confero tecum isto ⁊ isti. Particeps sum in laboribus ⁊ particeps sum laborum. Accedit ad hanc rem. ⁊ accedit huic rei. Impendo curā operam laborem ad hanc rem ⁊ huic rei. Tu es natus ad laudē ⁊ laudi. Lau.

Circiter ad tp̄s ꝑtinet. vt Circiter kalen̄. Januarias. etiā ad numerū. vt Circiter duum miliū militū. Aliquando ad locum vt Circiter in media arce. Lau.

Cis. i. vltra. Salust. Cis rhenum. Uarro Cis tyberim. Nonius Marcellus.

Clam prepositionē cum ablatiuo rhetores amant. vt Clam me ꝑfectus est. At Coram lȝ prepositio sit. aduerbialiter tamen vsurpant frequentius oratores. vt cupio tecū corā iocari. ⁊ coram tecum loquar. Coram pro presentialiter.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-58/0047
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG